



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

337. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Ne Clerici laicalibus induantur vestibus.  
*Ex Concilio quo supra.*

Burchard. lib.  
2. c. 208.

CCCXXXV. Ut laicalibus vestimentis Clerici non utantur, id est, mantellum vel cottam sine cappa, nec pretiosis & ineptis calciamentis & aliis novitatum vanitatibus, sed religioso & decenti habitu incedant. [ *Vide Capitulare Ahytonis Episcopi Basil. cap. 15.* ]

De eadem re. *Ex Concilio Adrisphach in Bajoaria cap. xli.*

CCCXXXVI. Ut nullus Clericus vestimenta laicalia portet; nec arma, nisi tantum quod ipsius religioni deceat, induere presumat.

De eadem re. *Ex Concilio Carthaginensi.*

Concil. Carthag. 4. c. 45.  
Burchard. lib.  
2. c. 209.

CCCXXXVII. Clericus professionem suam etiam habitu & incessu probet. Et ideo nec vestibus nec calciamentis decorem quaerat.

Ne Presbyteri per pretium Ecclesias obtineant. *Ex Concilio Mogontiensi.*

Rhab. epist. ad Heribald. c. 19.  
Burchard. lib. 3. c. 110.

CCCXXXVIII. Quicumque Presbyter per pretium Ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur: quoniam contra ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dinoscitur qui alium Presbyterum legitimè ad Ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vindicaverit. [ *Vide supra cap. 240.* ]

\* \* \*